





1786, 29.
73

HISTORICA TRACTATIO
DE
PEREGRINI ET CIVIS NOTIONE

ORDINIS PHILOSOPHORVM AMPLISSIMI
CONSENSV

D. XXIII. SEPT. C1D1DCCLXXXVI.

H. L. Q. C.

AD DISPVTANDVM PROPOSITA

A

M. IOH. GOTTHELF TILSNERO

BACCAL. IVR. VTR.

ASSVMTO SOCIO

GOTTHELF CHRISTIANO GRENZ

DRESDENSI

STVD. IVR.

LIPSIAE

EX OFFICINA KLAVBARTHIA.

130

HISTORICA PRAXIS

DE

PETROGRINI ET CIVIS NOTIONE

ORDINIS PHILOSOPHOV AMPLISSIMI

CONSTITUTA

ET ALIIS REBUS HISTORICIS

ETC.

AN HISTORICAE PHILOSOPHIAE

A

M. ION. GOTTFRIED. TISSERON


PHILOSOPHO

ASSUMPTO

GOTTFRIED. CHRISTIANUS GERTH

PHILOSOPHO

ETC.




PHILOSOPHIAE






Anquirenti materiam dignitati loci ac meorum studiorum generi haud improbatam, inter praecipuas accepta erat, quae de ciuis et peregrini notione proponitur. In qua tractanda explicandaque multi multa opera et studio egregie occupati sunt, adeo, vt explanaturus incassum aliquid atque superuacaneum scriberem. Animo autem deliberans, quis peregrinus dicatur, animaduerti, eum interea tantum eruditorum libris proponi, quem solummodo Roma agnouit, sicuti Frid. Platnerus *diff. de vsu hodierno diuisionis hominum in ciues et peregrinos sub praesidio Car. Ferd. Hommelii Lipsiae 1750.* habita exposuit relicta notione, quam



Germania tribuit. In ista notione peregrini occupavi mentem. Hic extraneus quiuis est, qui pari tractatione ciuica gaudet, si vult, et publicis sacris in Imperio Romano-Germanico nomen dedit. Cultum autem profitentes alium haud pari iudicantur modulo, vt Iudeos quod attinet instar explanationis nonnulla adiunxi. Si advena prohibetur ius germanici ciuis acquirere, prohibetur propter inhibitum cultum sacrorum. Quod si probabo, finem laboris adhibiti me expleuisse, et gestientis scribere manus cupiditati gessisse morem patebit.



A *[Faint, mirrored text, likely bleed-through from the reverse side of the page]*

De origine civis et peregrini.

Homines statu mere naturali viuentes ad nullam specialem viuendi normam ac legem praeter sensationem seu instinctum naturalem adstricti soli vitae sustentandae intenti de nulla re magis laborare atque solliciti putantur, et si alii ex distitis licet regionibus ad eos aduenerint, si nullum doloris ac metus sensum animis eorum impresserint, si vestibus induti fere iisdem, aut, si deficit, humaniter tantum eos ac comiter tractarint, nullum est dubium, quin omnibus exactam aequalitatem tribuerem, et aduenae ab incolis ad perceptionem rerum, quibus forte terra ac regio abundat, deberent admitti. Quod dixi, tam certum est, ac peregrinantium adeo libris saepissime dictum, vt lectorem dubium ad eos tantum ablegarem, quod autem cessare puto, si aduenae nauibus forte appulsi in insulam descenderint, et incolas non hilari sed truculento vultu et gestu, bombardarum, vel tormentorum tonitru salutarint, quo casu non hominis, sed hostis personam induunt, et qua tales a societate et communi-
one primacua reicij atque repelli possunt. Ceterum dubitari de eo potest, quod dixi, quum isti homines plerumque vinculo quodam coniunctionis copulati, ac tam rudes et agrestesprehenduntur, vt ius naturale iis incognitum putaretur. Primum quidem quod atinet, eos scio vinciri inter se vinculo, quod in mutuae tantum defensionis ac tuitionis gestione consistit, et de altero est notum, non omnes tam inhumanos ac barbaros, imo plures esse, qui gestu ac vultu aduenis probandi ac bene placendi studium non solum adnuunt, sed adeo rebus ad victum et vsu necessariis luben-

ter eos adiuuant. Qui quidem iustissima ratione agunt, ut
 statu naturali exigi debet, quo omnes sibi aequales, quae
 ad vitae usum pertineant, quaerere et occupare, et contra in-
 hibitiones et turbationes aliorum in usu et exercitio istius se
 tueri atque defendere possunt. Forte, si velit, peregrinum
 dicerem eum, qui, quando fieret, ex remotissimis oris adue-
 niens veste incognita amictus, signis quae aliis usus, et noua
 specie inter eos appareret, qui mirari eum et obstupescere
 non satis possent, quod ego quidem concedo, quanquam
 nihil video, quo inter eos inaequalitas quaedam intercederet.
 Huius originem dedere demum ciuitates, quibus utilissimum
 esse debebat, quando expertes capiendorum bonorum et
 commodorum iudicabant alios non consortes nec membra
 huius indistincte vnionis ciuilis. Homines natura quidem
 pii sunt, non tamen ab animi commotionibus prorsus liberi,
 quibus cum indulgerent, ut quadam externa commoti, aut
 auaritiae, aut superbiae, aut libidini, quae crescente multi-
 tudine et crescente nutrimentorum inopia excitarentur, atque
 efficerent, ut non amplius communi rerum usu fruenterent,
 hae gitor suere causae, ut, quo certius haec mala suppri-
 merent, et tranquillitate vterentur, vnionem inter se inirent.
 Hac semel facta, non necesse erat, si detinebant a finibus,
 dum metui poterat, alios sola status naturalis conditione fre-
 tos, turbare debere magis, quam conservare finem inita-
 societatis. Vnum alterum quae exemplum alia plura produ-
 cere potuit, et cum plures societates sic constitutae essent,
 quae singulos impulerint causae, ut naturalis eorum libertas
 restringeretur, eae etiam simul obtinuerunt hic inter eas, et
 focii vnus socios alterius coeperint laedere, contemnere, et
 inuidia profsequi, et sic laesiones ac turbationes mutuo et vi-
 cissim datae causam et originem bellorum dare debuerint.

Facta

Facta animorum reconciliatione, pace nimirum reiterata, omnis inuidia, odium omne, quo exardescebant bellum adhuc gerentes, extingueretur et sedaretur, sed cum plerumque igniculi in iis remaneant, qui magis magisque excitari debent, si contemplantur nonnullos, cum quibus antea bellum non felicissimo forte euentu gesserant, eosque modo scrutandi animo accessisse, et sic metu correpti, dum sibi novum bellum minantur, eo facile redigi poterunt, ut in talem hostiliter agerent. Exinde fluit, cur exteri hostes essent olim, et cur Germaniae populi, si quis extraneum laeserat, et laesus, ut populus laedentis vlcisceretur iniuriam, contenderat, relinquerent laeso.

De

definitione peregrini et germanici ciuis.

Ex quo colligeretur ab aliis, quae dixi, id solum latrocinium esse, nequaquam ciuitatem, latronum quidem, non ciuium notionem euoluere. Ego quidem probe scio, ciuitatum originem latrociniis peti Lib. I. c. 2. instit. iur. publ. vniuers. a BOEHMERO, quorum tamen nihil interest, dum latrocinium, si sensu etiam accipiatur, iam ciuitas est, rudis quidem, faetor, et inordinata. Id etiam in aliis rebus animaduertitur, quae parui momenti ab initio sunt, quae paulatim eam magnitudinem accipiant, ut ea cogitari vix queant. Et quia, ut contra vim, cui a singulis resisti haud potuit, societatem, ciuitatem perfecerant, ne singuli vim ab aliis factam, sed ciuitas, vniuerso, nomine laesi, auerteret et vlcisceretur, et quia ad hunc obrinendum finem pluribus et sufficientibus medelis opus habet, quae sub incunabulis eius deficiunt, quae praecipue circa conseruationem totius versatur, lubens igitur

igitur cuique vindicationem sui ipsius permittit, quae facile latrocinium fieri potuit, ut ciuitas Romana interea non poenam sumebat, sed licebat laeso, cum eius tantum non publici interesset commodi, ad cuius tutandam securitatem haec poena sufficeret. Et aucta multitudine hominum quia non amplius ad vitae necessitates sufficiat rerum et nutrimentorum copia et abundantia, sedibus prioribus relictis, alias, post incolas ex iis, qui plerumque resistebant, maxima interdum vi eiectiones, sibi occupauerunt, exinde colligi licet, quare priores respublicas dicunt gentium latrocinia, atque Romanam fuisse crepant, cur Romulum appellant latronem, ac cur tot profectioes populorum acciderint *lib. 3. de Rep. cap. 7. p. 512.* BODINVS: *primum genus hominum rapinis et latrociniiis deditissimum, cui nihil prius esset, quam premere et occidere. Lib. I. c. 1. n. 9.* FLORVS *ex omnibus quasi elementis corpus vnum congregasse, et ex traditione* DIONYS. HALICARN. *lib. I. aliorumque constituisse populum a Romulo collectum ex turba quadam scelerata, hinc deducit Lib. I. c. 11. §. 15.* BOEHMERVS *c. l. Romulum ducem latronem fuisse. Concedo, si sensus primarius accipitur. Nam primitus non hominem raptorem denotat, sed belligerum militem, uti perduellis hostis dicitur a Cic. Orat. pro Rabir. perd. cum que exterum esse putabant inter populos alios Germaniae Rhaeti I. LIV. DIO CASSIVS: Hi vicinam Galliam frequenter populati—Romanos et eorum socios iter per ipsorum terras facientes, infestauerant: Id quidem consuetudine iam receptum erat, ut in eos, qui nullo essent foedere iuncti, ita statuerent.* ISOCRATES PANATHENAIKO, de Triballis dicit, *eos concordiores inter se esse, quam illos alios homines: sed non finitimos tantum, et in vicinia sua habitantes perdere, sed eos omnes, ad quos penetrare possunt.* PVFEND. *de I. N. et G. Lib. II. c. 11. §. 10.* Ita hostis idem refertur ac hospes

A. S. BERNARDO in *epist.* 441. Edit. Mabill. to. I. p. 393. Dum enim ad mensam Domini nostri Episcopi, ciuem nostrum, imo et hostem meum, in argenteis vasis de more suaviter nutrirer. Exinde probatur ius aduenarum morientium facultates applicandi aerario iu terris Trancicis, sicuti etiam diu obtinuit in ipsa Germania v. Gast in HALTAUSII glossario, CHR. THOMASIVS §. 17. diff. de iure statuum imperii dandae ciuitatis. Quod pactioibus initis modisque aliis sublatum fuit. Interdum adiudicauit camera principum hos homines ad operas praestandas in praediis locatos fiscalinos ideo (*Koenigsleute*) dictos, HACHENBERG in *Germania media* diff. 2. p. 4. Quae Wildfangiatus iuris origo et litoris. Ratio et causa huius in eo posita est, quia non vna fuit Germania, seu potius Germania non vnum Imperium, cui omnes, qui eam inhabitauerunt, pari iure subiecti fuissent. Quicquid etiam TACITVS de *M. G. c. 2.* diuisionis attulerit, Germaniae nimirum incolae omnes Ingaevones, Herminones, et Istaevones fuisse dictos, non curate positus finibus ab eo, quibus hae terrae inclusae fuere, nec ortus aliunde origo constat. Si coniecturari licet, quosuis in Germania natos, *eingebohrne*, nominatos fuisse Ingaevones a verbo germanico *eingewohnen*, id quae indicare ius indigenatus Germaniae vniuersale in quibusdam prouinciis adhuc frequentatum. Quicquid dubii sit, mihi ipse eximit auctor l. l. dum plures populos refert, in quos Germania diuisa fuit, vt tot ciuium ac peregrinorum differentiae occurrant, quot numerabantur populi. Nec quicquam refert, populos quosdam vinculo ac nomine interdum fuisse iunctos, quemadmodum Lygiorum nomen in plures ciuitates diffusum et Arios, Helveconas, Manimos, Elysiros, Naharualos inter se continuit, quia hoc vinculum naturale defensionis tantum mutuo praestandae causa ininitum,

B

ac

ac nomen commune eis adscribitur ob parentem, a quo genus suum ducebant, communem, crescente multitudine profecta in plures familias diuisum, nomine originis retento, vel ob inde proficiscentem morum conformitatem *I. L. STRODTMANN'S Uebereinstimmung der deutschen Alterthümer mit dem biblischen Wolfenbüttel 1755.* Id etiam statim probat auctor verbis, quibus describitur apud Naharualos antiqua religio. Nec, has terras, quas inhabitauerunt maiores nostri, nomine vno Germaniam et ipsos Germanos dictos commune regimen, vnum imperium constituisse, mihi persuadeam, cum desint rerum argumenta, quae id euincunt, vt taceam incertam huius nominis originem, quod a nonnullis studio bellandi, quo praedicantur veteres, ab aliis nimio socialitatis amori teste *MOESERO in hist. Osnabrug.* ab aliis Hermanno nobilissimo eorum duci tribuitur. De quo *TACITVS c. l. Ceterum Germaniae vocabulum recens et nuper additum; quoniam qui primi Rhenum transgressi Gallos expulerint, nunc Tungri, nunc Germani vocati sunt, ita nationis nomen, non gentis eualuisse paulatim, vt omnes primum a victore ob metum, mox a se ipsis inuento nomine Germani vocarentur.* Haecenus non vna ciuitas, nec vnum regnum fuit Germania, ideo ius ciuitatis germanicae commune impossibile dictu, per plures potius populos peculiari regnandi formulae adstrictos regnatum fuit, apud quos interdum multum valebant proceres, apud quos summa ciuitatis penes populum erat, et alii parebant regibus, quorum non infinita potestas. Prima itaque iuris ciuitatis germanicae communis origo quaerenda est ineunte regno Francorum, cui iam multi Germaniae populi in vnum corpus collecti suberant, praesertim pacto *Verodunense d. a. 840.* quo primum Germania separatim regnum constituit, a quo peregrini notio facile reddi potest, et dicebatur is, qui non hu-

ius

ius quanquam pars alius ciuitatis germanicae esset. Numerabat enim Germania alios populos, Saxones, Sueuos, plures Slauiacae originis suis legibus et autonomia vtentes, qui paulatim huic regno accessere.

Quis esse ciuis haberique debet germanicus.

Sapientissimi gentium conditores, qui perspiciebant, quam vim et robur a religione nauisceretur respública, hanc ei accomodandam et vinculo artificissimo iungendam curarunt. Cultus itaque sacrorum communis ab iis praescriptus est, id que propterea, ne quid peregrinae religionis introduceretur

l. 3. c. 12. de iure pontificio IAC. GYTHERIUS c. 1. 2. de religione peregrina BYNCKERSHOECK. Etiam paganae religionis non ubique erat concentus vel in Diis colendis, vel in ipsis adeo credendis. Maioribus itaque nostris gentilibus adhuc diuersa quidem fuere sacra, non tamen video, an haec religionum diuersitas odii causa in alios fuerit, valebant potius, si id fieret, quae attuli principia. Ast primum magnam quandam diuersitatem inter religionum asseclas peperit christiana religio. Nam qui sacris administrandis praefuere, non parum valebant apud principes, quemadmodum Druidarum maior, quam principum ac regum fuit auctoritas, *DIO CHRYSOST. absque Druidibus nihil fas erat regibus exsequi, ac ne consultare quidem, adeo, ut re ipsa regnarent Druidae, reges autem quasi essent ipsorum adparitores et ministri in exequendis decretis. HELMOLDVS. Rex apud eos modicae aestimationis est comparatione flaminis. Ille enim responsa requirit et euentus sortium explorat. Ille ad nutum sortium et porro rex et populus ad illius nutum pendent, SCHÜRZE in seinen kleinen Schriften für die alten Deutschen c. 3. §. II.* quae etiam causa fuit, vt christiana post religio recepta, imperii participes fierent, et quum piis



coelestibusque persuasionibus impetrarint, vt foundationibus ecclesiasticis numero pluribus factis ac donationibus praestitis hanc promouendi animum ac studium significarent, vt huius aedificatae legum beneficio fruerebantur, vt honorum ac munerum capessendorum soli capaces essent, notam ac caracterem ciuium expressit religio. Magis, qui hos insequerentur principes christianam religionem propagauere ac in terris sibi subiectis inuehere stauere, quemadmodum Carolus M. in partibus Saxoniae, cum qua longissimum bellum, non religionis causa, sed vt sibi subiectam redderet, acerrime gesserat, tandem post duo praelia amissa, ac duces eorum Albionem et Vitkindum christianos factos, Salzae 803. pace conclusa sopitum fuit. Quo bello cum Saxones pertinacissime resisterent, vt transportatio eorum in terras Francorum visum necessaria esset, animi que eorum hoc odio corriperebantur, vt, si quis in terris Francorum decederet, relicta non heredibus, sed fisco more alias consueto captos in seruitutem redigendi applicarentur. Et quum animi in hostem praeteritum adficiuntur odio, bello sedato retentum fuit, et ab aliis v. g. Marchione Saxoniae et Frisiae, Marchione Brandenburgi et Austriae exercitum in nationes vagabundas, cuius incursionis reprimendae causa constituti erant. Qui mos habendi aduenas obtinuit antiquitus et in bonis Imperatorum domanialibus, quorum administrationi praefecti fuerant comites ad Rhenum palatiorum. Et hunc morem reseruarunt etiam in his terris translatis titulo proprio ad diuersos imperii status aut acquisitis, litteris investiturae haud referentibus, vt partionibus cum exteris in hunc finem initis tolli debuerit. Imperium Germanicum, a quo vna probata religio legibus cultum publicum accipiebat, omnes eius cultores etiam ciues tantum fieri posse probauit. Sacris alijs additi
 tole-

tolerabantur modo, nec pleno ciuici iuris vsu gaudebant. Igitur recepti mercaturae causae aduenientes in Germaniam iudaei exercitio istius carere debuerant. Mansit etiam ecclesiae ac Imperii - Romano - Germanici post theses d. XXXI. Oct. 1517. ad sacras Vitebergae aedes adfixas contra impudentissimas indulgentiarum nundinationes Tezelianas et etiam alios religionis pontificiae errores atque abusus, non sine multorum etiam Procerum applausu impugnatos, ciuis ac membrum, purioris religionis restaurator, Lutherus. Huius doctrinam professos vna cum Luthero primum indignos vtroque iure Leonis X. pontificis Romani atque Caroli V. inhibitiones decreuerunt, PHEFFINGER *Vitr. Ill. L. I. Tit. II. §. 15.* SECKEND. *Luth. Lib. I. Sect. 43. §. 97.* cuius restitutionem plenissimam tandem per Germaniam pacto Passauiensi d. a. 1552. et pace religiosa. d. a. 1555. impetrarunt, SCHILTER *de pace Relig. Cap. II. §. 31. 34.* SLEIDAN *Lib. 26.* foedere Vestphalico dein confirmatam *art. 5. §. 1.* Reformatis saepe quaestio fuit mota, vtrum eiusdem pacis fauore gaudeant? quae et magnis motibus olim agitata, sed eadem pace Vestphalica decisa est. SCHILTER *de P. R. cap. VI. Instr. P. O. art. 7.* Quis itaque catholicae religionis dogmata sectatur, vel Lutheri diuinam doctrinam amplectitur, vel Caluini placita fouet, aut romano catholicae aut euangelicae religionis socius iure ciuis germanici aequali fruatur sine vlllo discrimine, an quis in Germania natus, vtrum ex oris alienis aduena est. Nam qui testamentum facere, vt aduena, iustum matrimonium inire, adoptare, liberos in potestate habere, hereditatem capere, testes esse, quorum testimonio eadem fides, quam indigenarum tribuitur, item militares et ciuiles honores sustinere queunt, hi ciues dici haberi que debent. Qui vero quicquid eorum



agere non possunt, ii ciues haud sunt. Hi autem sunt Haeretici, Apostatae, Iudaei, Saraceni et Pagani, qui non fideles dicuntur libris summorum pontificum *c. 39. in fin. caus. 24. 3. sine discrimine*, siue habent patriam Germaniam, siue aduenae sunt. Quoniam vero isti olim qua bello deprehensi ferui fieri iubebantur, et laeso extraneo, quamuis etiam petenti, nihil quicquam impertiebatur a ciuitate, cuius ciuis laedens erat, quia maxime acerba erat Iudaeorum fortuna subditorum Aegyptiaco ac Romano Imperio, nec multum mitior Germaniam aduenientium; et quia, si aduenae litigabant causas Romae coram iudice ordinario disceptandas, iudicabatur nequaquam secundum praescriptum legum ciuiliu[m], sed iuris gentiu[m] praecepta, aut legum normam, secundum quas, si domi aduenae essent, decerneretur, lites ex aequo et bono dirimebantur, et quia denique sic quaedam habendi tractandi que aduenas fere aequalitas apparet; iuris romani cultoribus peregrinos potius nuncupare placuit. Ab iis distinguunt peregrinantes *Imperator FRIDERICVS in auth. Omnes peregrini VI. C. comm. success. et PLATNERVS diff. de usu hodierno diuisionis hominum in ciues et peregrinos §. 15.* qui domicilium alibi habentes in Germania sola protectione fruuntur. Et in his potissimum respicitur, quibus sacris nomen dederunt, cum proficiscentes iudaei commorantibus iam intra fines Germaniae aequaliter considerantur, sin autem religionem sectantur, quam Germania veneratur cultu, eorum eadem cum ceteris conditio est, quia, cum velint, plenissimum ciuici in Germania usum iuris adquirant.

De
ciuis provinciae definitione.

Apud Romanos provinciales peregrinorum nomine significabantur, postea autem peregrini dici coeperunt, qui olim barbari, igitur peregrina gens barbaram plerumque denotat, siue eam, quae Imperio Romano non subiecta est. Quia olim Germania vnam religionem habebat, ac principes Imperii provinciis gubernandis administratorum modo Imperatorum et Imperii fungebantur officio, provinciales ciues etiam Germanici erant. Primum a quo proprio iure ab iis regnatum fuit, ac plures religiones publico cultu profecuti sunt in Imperio Romano Germanico, inter provinciales exorta est quaedam differentia, adeo, vt ciuis in provincia fieri haud queat, licet in Germania ciuis est.

De
urbes habitantium nominatione.

Alii sunt, qui dicuntur in urbibus, municipiis. Quae ignorantur a vetusta patria in pagos modo distributa, exornata multis postea habitantium multitudine et opum magnitudine celebratissimis. In quibus recipiendi nouas incolas ius penes ipsos Imperatores erat, quod ad principes dein Imperii cum superioritate territoriali peruenit. Ab his communicatum senatibus fuit. Qui recipi in ciuium et incolarum numerum possit, statuta et priuilegiis decernitur. Inter alia hunc nemo augere potest, qui provinciae ciuis aut subditus esse prohibetur. Ipsos autem urbes municipia quae habitantes multum interest. Sunt ciues, burgenses, *Bürger*, vti imprimis nuncupant HERM. CONRINGIVS in *diff. de urbibus*

bus Germaniae et CHR. THOMASIVS l. 1. §. 12. *sq.* Hi vsu
 ciuici iuris in ciuitatibus praestant. Nonnulli incolae, *Schutz-*
verwandte, Zettelleute dicuntur. Eorum deterior, quam ci-
 uium conditio, non tamen eadem. Interea voluntate ipso-
 rum pender, quo nomine recipi velint. Interea legibus
 prohibentur. Horum iam vrbibus ab Henrico Aucupe
 Imperatore erectis discrimen cernitur, qui VITICHIND. *An-*
nal. Lib. I. p. 639. praeter nonum militem agrarium, quibus
 defendendas et ordinandas vrbes demandauerat, inferioris
 status, operas duntaxat manuarias tractantes, introire
 cogerat.

De

fauore contra indigenas ac peregrinos.

Incertum profecto vtrum odium magis studiumue ad-
 uersus aduenas in terris olim fuerit Germaniae. Sanctissimus
 hospitii apud maiores nostros cultus, Graecis ac Romanis
 aequae cognitus, ob defectum locorum publicorum priuato-
 rumue, in quem recipi potuissent, necessarius, non sumtuosus
 ipsis, dum parum proficiscabantur, nisi arma ad externos
 ferrent, nam extra patriam bellum cum aliis gerere, si domi
 pacem habebant, in vsu erat. Mercaturam ignorabant, ad
 vitae sustentationem suppeditabat terra iis abundantissima,
 nec peregrinas oras visendi lubido eos tenebat, et cum arma
 extra patriam pro aliis ferre ab iis acceptum, populi que inter
 se foedere coniuncti essent, vt hospitium vtrinque recipro-
 cum esset, illud que certum, nefas habebatur legem hospita-
 litatis violare. Tectis vilissimi pretii inhabitabant, coram
 quibus, quid ager desiderabat, circumferebantur, deerant
 causae, quae ad proficiscendum impellerent, igitur haud
 veri-

verisimile est, tutos hospitalitatis lege iter facientibus recep-
 tacula singularia constituisse. Probabile est, originem ho-
 rum a primis christianae religionis iniis repetendam esse,
 crebrior nunc quidem erat iter facientium lubido, ad reli-
 quias, miracula, templum denique Hierosolimitanum, vt
 securitas ipsis esset, a monachis, quibus iniunctum erat, pro-
 curabantur. Id principes redegit, qui, quo securius iter
 facerent, ab ecclesiis procuracionem stipulabantur CAROLVS
 DV FRESNE *in gloss. V. Gistum*, ac vna cum clericis, quibus
 interdictum erat, a COSTA ad tit. X. de pign. et caut. p. 509.
 receptacula alia, in quibus vilissimum hominum genus se reci-
 piebat, negligebant. Originem id sine dubio dedit iuris Alber-
 gariae, *Atzungs-Gerechtigkeit* CAROLVS DV FRESNE l. l. V. *Al-
 bergaria*. Postquam crebrior mercaturae vsus crebriores redde-
 bat proficentes, vt iis securitatem praestarent principes, quae
 haec in vrbibus erigebantur ad Rhenum fitis, quas introire vi-
 num potissimum inuitabat. Ad earum vrbium institutum ex-
 struxit Henricus Auiceps plures, qui animaduertens, frequen-
 tissimum in illis esse vini vsum, qui in his quidem desceret,
 loco vero istius aliud vinum cereuisia scilicet eorum genio
 gratulabatur, his concessit cauponas cereuisiarias. Ex quo
 proficiscitur, vt, quis in Bauaria rem cauponariam exercere
 vult, ab Electore coiuestitus de eo esse debeat XL. n. 7.
 SCHMIDIVS ad ius bav. *controv.* et in Saxonia quidem Electro-
 rali erectio nouae cauponae expressis verbis interdicatur O. P.
 1555. Quia in his receptaculis apud Romanos erat vilissi-
 mum hominum genus, lib. I. Sat. 5. v. 4. HORATIUS. *Inde
 forum Appi disertum nautis, cauponibus atque malignis, lib. II.
 c. I. n. I.* PERIZONIVS AD AELIANVM, part. XXXI. GVN-
 LINGIA: voluit praetor, vt, in fauorem peregrinantium, re-

C

cepta

continget

cepta et amissa restituant, si ipsi aut eorum ministri attulerint
l. 1. §. 3. et 5. ff. h. t. quouis modo haec interierint *l. 3. c.*
 de naufr: vt eorum actio melior adeo sit conducti, depositi,
 vbi aut dolus aut culpa praestari oportet. Quod intelligi-
 tur, si recipiens hoc nomen gerit, minime vero, si deficit.
 Sed nihil restituant, nisi receperint, ac omnem securitatem
 seruandi dederint. Quoniam peregrini aduentabant urbem,
 ne legum ciuiliū inscitia damnum adferret, seorsim consti-
 tuebant iudicem, ex iure gentium, ex aequo et bono diu-
 dicaturum, adeo quidem, vt etiam fieri poterit, vt pere-
 grinorum esset conditio commodior, vel melior, quam
 ciuium. In Germania non legibus loci sed patriis fereban-
 tur decisa, si partes eas vrgebant, quemadmodum multa
 exempla confirmant. Ratio erat, quoniam principibus in
 territoriis non firmiter fundata erat iurisdictio, imo leges
 propriae non sufficiebant, quare in peregrinas non erat inui-
 dia. Postea cum superioritate territoriali euanuit, ac regula
 fuit, vt quicquid supremae in territorio potestati subdere-
 tur, nec ei subtraheretur. Igitur hodie ius dicentis ordi-
 narie iudicatis pareant peregrini sine discrimine. Eximuntur
 peregrini illustres supremis iudiciis in Electoratu Saxoniae
 subiecti. Alibi peculiaria peregrinorum iudicia stabilita
 sunt, HALTAUSIUS in *gloss. v. Gastgericht s. Gast Recht*, AVG.
 DE BALTHASAR *de iure peregrinorum singulari circa pro-*
cessum germ. vulgo in sensu eminentiori Gastrecht appellato Gry-
phisw. 1742. in quibus celerior procedendi modus, et iudi-
 catur tantum, si vterque litigantium peregrinus est, inter-
 dum etiam, quando alteruter peregrinus est, quemadmo-
 dum Romae erat. Alias etiam legibus territorii subsunt, se-
 curitatis fauorem largientis, quam turbantes aduenae, si
 belli ius competit, hostiliter compescuntur, sin vero minus,
 raptorum

raptorum modo tractantur. Sunt in delictis, quae communiter pro talibus habentur, et si leges territorii in his puniendis finem, quem persequi debent, pro modo figunt, proficiscentes iuste traduntur. Sin vero in territorio ingresso tantum delictis accensentur, si non internam eius securitatem grauius turbant, plane non, vel leuiter puniantur, si vero contra, numquam capitaliter. Sola ingressione non potest sibi quis mortem accelerare, nec tacite transegisse praesumitur, dum cuiuslibet lex Dei non finit, cum poenis capitalibus opus sit, quia vita ciuitatum incolumis esse debet. In causis ciuilibus peregrini cum ciuibus aequales sunt, si praeseruntur, in damnum subditorum vergeret. Ignorantia legis non adducatur, dum causae peritis abandat regio omnis, et validitatem actus in territorio dat princeps, quantum in aliis non idem est. Interea sic ciuis territorii peregrinus fieri debet. De quo hic quidem agere locus non est. Praestitit inter alios *diff. de vi legum ac decretorum in territorio alieno* illustris quondam SEGERVS maturiore morte litteris ereptus. Quod reliquum est, de bonis peregrini mortui relictis nihil detrahi potest, quia ad vectigalium solutionem non cogitur, quorum causa, ne subditis oneri sit, obtineat, RÜTTERVS in *instit. iur. publ. germ. §. 368.* ad exemplum Gallorum, de quibus ab eo liberantur peregrinantes. Ceterum hodie peregrini pari aestimatione cum indigenis ciuibus habentur, indigenatus enim per Germaniam ignoratur. Nisi ad locum in iudicio camerale capessendam admittuntur solum originis germanicae *C. O. C. 1. 3. §. 1. Sollen die Besitzzer — aus Teutscher Nation geböhren seyn.* Saepius singulis territoriis deprehenditur, atque quibusdam duntaxat subditorum gradibus. Praecipue valet apud genus nobilium, et continet modum abigendi nobiles extraneos ab ac-

quisitione quadam praediorum equestrium in quopiam terrarum tractu sitorum, et detinendi a muneribus territorialibus, ex praerogativa nobilium indigenarum. De qua certatum est in comitiis superioris Lusatiae. Quis destituitur ea, superior in territorio supplet. Quodsi pacta nobilium introduxerunt, qui societatem ideo fundarunt, adeat eos, quorum interest, si quis in eam recipi velit, quam receptionem approbat suprema in territorio potestas. Indigenatus urbium cogitari nequit, dum in iis ciuis esse debet quiuvis rei immobilis possessor, nedum pagorum, in quibus habitabant olim plerumque homines proprii. In plerisque territoriis non adest, aut restringitur modo ad acceptionem munerum. In terris Hannoveranis, regno Danorum, et terris, quae ad hoc spectant germanicis ostenditur. Igitur is tantum indigena est, ubi domicilium constituit animo ibi perpetuo manendi. In his terris etiam non Saxo quacuis munera capere potest.

De

Inuidia aduersus peregrinos.

Praeterea maxima fuit Germanorum in peregrinos inuidia, qua non abhorruere gentes aliae. Vnusquisque telus, quod spiritum ducere largitum fuit primum, a natura igneos amores euomere percipit, maturius ergo contemnere alia discit. Porro tenacissimus moribus patriis metuit, ne exteri immisceantur, felicitati dein sustentandae alienare studet exteros omnes, ne opes, thesauri ac patria ipsa dirimatur, hanc iterum tergiuersantibus. Ex quo mos peregrinos habendi in regno Gallorum, terris palatinatus, Algoniae, aliisque vindicari potest. Non reluctatur fini rerumpublicarum,

carum, sed congruit, si quando aduentitios a terrarum tra-
 ctu detinent, per quem maiestas earum colitur, aut scrutan-
 di actus, qui publice geruntur, copiam non faciunt. Ori-
 ginem; cuius Gallia memor est, ducit CAR. DV FRESNE in
 gloss. Lat. sub voce *Albanus* ab Albanis seu Albanicis, quibus
 consuetudo peregrinandi maxima fuerit. HEINECCIUS au-
 tem elem. iur. germ. Lib. 1. Tit. XVIII. §. 448. affert tabulas
 Caroli M. monasterio Hohenhaugienfi concessas apud MA-
 BILLON. *Annal. Benedictin.* Tom. II. pag. 697. in quibus res
 PEREGRINORVM propriae esse dicuntur regis secundum legem
 Francorum, excipiunturque soli peregrini scoti, quibus
 omnibus reges Francorum libertatem dederint, ut nullus rapt-
 ret aliquid de rebus eorum. Id stabilis originem Caro-
 lo vetustiorum, cuius transportatione venire statuit *diff.* 10.
 DAV. KOEHLER. *f. resp.* IAC. SCHVBACK de Saxonum transporta-
 tione sub Carolo M. Goett. 1748. c. 4. §. 5. p. 50. sq. Mos a
 comite palatino Rhenano retentus supra aetatem Imperatoris
 Maximiliani I. ascendit confirmantis privilegio de a. 1548.
 minime primum stabilientis. Exercetur in homines nullus
 adhuc sedis ab officiali, cui a principe iustam, aut cui con-
 cessum fuit speciali modo. Eiusmodi loco hominum fisci
 numerantur. I. P. HERTLING de regalibus palatinis. *f. de*
praecipuis sereniss. domus palatinae iuribus, praerogatiuis et pra-
eminentiis Heidelb. 1734. §. 10. p. 48. sqq. Praeter hunc colue-
 re principes alii, qui limites tuendi gratia constituti in lo-
 cum, per quem irrumpebant ferocissimi populi cum violen-
 tia maxima, sed neglexere, postquam hi corpori germaniae
 adiuncti sunt et christiana religio barbariem eorum com-
 pescuit.



inuidia contra infideles ac potissimum iudaeos.

Eorum autem alia est ratio, qui ne ciues quidem germaniae fieri possunt, quanquam velint. Qui sunt iudaei, pagani, et omnes, quos summorum pontificum canones infideles scripserunt. Iudaei quidem per orbem plures habere domicilium, numquam autem fuere ciues, serui tantum, aut qua bello capti modo simili cum iis habiti. Tuti caesarea protectione numerarunt quotannis canonem. Adueniuntes in germaniam iudaei erant serui, sicut caesarei seu camerae, cui soluebant vectigal aurum dictum coronarium a die solutionis factae. BECKII *iur iudaeorum*. Exigebantur etiam vectigalia alia. GLAEFI *anecd. p. 483. sq.* WENCESLAVS R. *ex dipl. Nordhus. an. 1391.* Doch zu voran soll uns ein ieglicher Jude und Judin, der über das zwölffte Jahr kommen ist, alle Jahre einen gülden Pfennig geben und bezahlen, die auch in Unser Cammer sollen geantwortet werden, SENCKENB. *Sel. T. I. p. 684.* Sic collecta comunis denarii anno 1431. indicta *Lib. I. c. 25. p. 174.* DATT *de pace publica.* Similiter pro conductu solunt. Imperatores soli recipiebant iudaeos. Habuerunt tamen in eos iurisdictionem territoriorum principes. Sic tulit ordinationem iudaicam Henricus Illustis Marchio Misniae anno 1265. *Lib. I. ad d. a. p. 41. sq.* GE. FABR. *ANNAL. Misn.* Tandem etiam ius recipiendi iudaeos Electoribus exhibuit *A. B. et Ord. Polit. d. a. 1548 et 1577.* omnibus, si regalia ab Imperatore et Imperio tenent, setzen, . . . dass niemand hinsüro, Juden aufzunehmen, . . . denn denenienigen so von uns und dem Reich Regalien haben oder insonderheit derhalben privilegiert seyn. Vrbes mediae iudaeos recipere sine speciali principum concessione non permittuntur. IOH. IODOCVS BECK *l. I c. 3.*

6.3. Quia serui camerae caesareae erant iudaei, suberant
 etiam huic, et quia similiter in territorio erant serui camerae
 (*Litera MS. vniuersali Iudaeorum per FRID. BALTH. et WILH.
 MARCHIONES MISN. etc. an. 1368. daz wir alle unser Judin Ju-
 dinne etc. schuezin beschirmen und vorthedingen wollen etc. alz
 Unser Kammer Knechte*) suberant etiam huic, quemadmo-
 dum regiminibus adhuc quibusdam inprimis subiecti conue-
 niuntur. Alias iudici respondeant ordinario, causae dun-
 taxat cultus sacri ad disceptandum ipsorum iudiciis mandantur,
 a quibus appellatio fit ad supremum in territorio tribunal.
 Etiam ex modulo legum cum ceteris incolis iudicantur in
 causis matrimonialibus, nam ipsi Christiani leges Mosaicas
 sequuntur, ac singularia, quae inter hos obueniunt, aliunde
 per interpretationem nimirum Talmudicam venere. Igitur
 his poligamia haud conceditur, quae lege Mosaica iam veti-
 ta fuit. Etiam de rebus suis per modum vltimae voluntatis
 valide disponere queunt. Videntur quidem non esse, dum
 erant serui, mitioris tamen conditionis, cum emigrationis
 censu detracto territorium relinquunt, sicuti serui germano-
 rum de rebus liberae dispositionis restantur, et ipsorum vo-
 luntas Romanorum valida fuit, si herum heredem ipsum in-
 stituerant, aut in personam extraneam consenserat. Usuras
 stipulari possunt contractibus modo non supra modum lege
 praescriptum, proprie quidem esse non debet, quia christia-
 nos pro profelitis arguunt, ac Bonifacius vsurarium putabat
 esse iudaeum. Possessores immobilium minime sunt, contra
 quidem probari posse videtur, cum in manibus eorum sunt,
 id solum esse videtur, nam siue vsufructum ex iis solum-
 modo percipiunt, aut superioritati territoriali ad recognitio-
 nem domini canonem annum soluunt. Quod Saxonia se-
 quitur, ne ius quidem hypothecae in bonis immobilibus ipsis
 adiudi-

adiudicari debet, quia, si id esset, hypothecarius iudaeus perfectus esset, ut, donec satisfactio impleta, in possessionem bonorum hypothecatorum immitteretur, id legi publicae et obseruantiae contrarium, quia ne focii quidem ecclesiae romano-catholicae aut reformatae euangelicae bona possidere queunt. Alia res est, an palliato nomine possideant, recto cuiusdam christiani. Potestas maritalis in vxores competit iudaeis, instar ciuium. Liberos alere possunt, dotem dare filiabus, non tamen priuilegiatam, ut, concursu creditorum moto, classi vulgarij accedat. Alimenta liberis christianis exhibeat, cogi potest, naturalia tantum, haud vero ciuilia. Militares honores et ciuiles obtinere non queunt, aut eruditorum nobilium dignitate conuulsantium c. 7. §. 3. 5. de grad. Acad. ITERVS. Studiorum causa commorari possunt in academus, portare vero gladium pro dicta ratione non possent.

Leipzig, Diss.; 7786 K-z


ULB Halle 3
004 810 341



f
Sb.







1786, 29
13

HISTORICA TRACTATIO
DE
PEREGRINI ET CIVIS NOTIONE

ORDINIS PHILOSOPHORVM AMPLISSIMI
CONSENSV

D. XXIII. SEPT. CIOIDCCLXXXVI

H. L. Q. C.

AD DISPV TANDVM PROPOSITA

A

M. IOH. GOTTHELF TILSNERO

BACCAL. IVR. VTR.

ASSVMTO SOCIO

GOTTHELF CHRISTIANO GRENZ

DRESDENSE

STVD. IVR.

LIPSIAE

EX OFFICINA KLAVBARTHIA.

ZVHALT